

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 34.
Pages 1370-1389.

Dominica ij. post pascha.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2010.
Revised October 2011.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2010.

[Dominica secunda.]¹

1. **A.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespervas fiat processio. Ad matutinas et ad 2. vespervas fiat memoria de resurrectione. 3. **R̄.** cantetur a duobus. In laudibus una ant. et missa de resurrectione, et nulla memoria de dominica.
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
Feria 2. et 4. de feria cum **R̄.** de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.
2. **A.** **¶** Dominica 2. post pascha patet ut supra ad 1. **A.**
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
Feria 2. et 6. de feria cum **R̄.** de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.
3. **A.** **¶** Dominica 2. post pascha de S. Georgio. Ad 1. vespervas fiat sollemnis memoria de dominica et processio. 2. *Alleluja.* ad missam erit unum de 9. per ordinem et non de dominica. Ad 2. vespervas fiat sollemnis memoria de dominica et de resurrectione.
Feria 2. de feria, cum **R̄.** de 4. feria et cum missa dominicali.
Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.
4. **A.** **¶** Dominica 2. post pascha patet. 3. **R̄.** a duobus cantetur. 2. vespere erunt de apostolis [Philippo et Jacobo]² : et sollemnis memoria de dominica et de resurrectione.
Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.
5. **A.** **¶** Dominica 2. post pascha servitium erit de S. Johanne Beverlaco episcopo, omnia de communi. Ad 1. vespervas memoria de apostolo [Johanne ad port. latin.],³ de dominica, et processio ad matutinas. 3. **R̄.** cantetur ab uno, et memoria de dominica et de resurrectione.
Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus, et missa dominicalis dicitur in capitulo infra ebdomadam.
Feria 3. de sancto Georgio.
Feria 5. de sancto Marco. Nulla fiat processio neque jejunium.
1. **B.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. 3. **R̄.** a duobus cantetur.
Feria 2. et 4. de feria cum **R̄.** de 2. et 3. feria et cum missa dominicali in 2. feria.
Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.
Feria 5. de sancto Tyburtio.
2. **B.** **¶** Dominica 2. post pascha patet.

Feria 2. de feria cum R̄. de 3. feria et cum missa dominicali.

Feria 4. 5. et 6. de commemorationibus.

3. **B.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespervas que erunt de S. Georgio fiat solennis memoria de dominica et processio. Ad 2. vespervas fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione, et sic ista dominica carebit utrisque vespervis.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de feria cum R̄. de eadem feria et cum missa dominicali.

4. **B.** **¶** Dominica 2. post pascha de festo apostolorum [Philippi et Jacobi].⁴ Ad 1. vespervas fiat solennis memoria de dominica et processio ad matutinas et ad 2. vespervas solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. 4. et 5. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

5. **B.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. 2. vespere erunt de S. Georgio et solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de S. Georgio.

Feria 4. de S. Marco.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus, et missa dominicalis dicitur in capitulo.

1. **C.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. et 6. de feria cum R̄. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de sancto Tiburtio, invitatorium duplex.

2. **C.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. Ad 2. vespervas fiat memoria de S. [Alphego]⁵ et de resurrectione.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de feria cum R̄. de 3. feria et cum missa dominicali.

3. **C.** **¶** Dominica 2. post pascha de S. Marco. Ad 1. vespervas fiat solennis memoria de dominica et processio. Ad matutinas et ad 2. vespervas fiat solennis memoria de dominica et de resurrectione.

Feria 2. de feria cum R̄. de 3. feria et cum missa dominicali.

Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus.

4. **C.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespervas que erunt de apostolis [Philippo et Jacobo]⁶ fiat solennis memoria de dominica et processio, et ad

2. vespervas solennis memoria de martyribus [Alexandra Eventio et Theodulio],⁷ de dominica, et processio, et nulla memoria de resurrectione, et sic ista dominica carebit utrisque vespervis.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. feria.

5. **C.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de S. Marco, nulla fiat processio nec jejunium : sed solennis memoria de resurrectione. Ad 2. vespervas 1. fiat memoria de martyribus [Nereo Achileo et Pancratio] sub silentio, deinde solennis memoria de resurrectione.

Feria 5. de apostolis [Philippo et Jacobo],⁸ et solennis memoria de resurrectione.

1. **D.** **¶** Dominica 2.⁹ post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. 4. et 6. de feria et **R̄**. dicuntur suo ordine cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

2. **D.** **¶** Dominica 2.¹⁰ post pascha de servitio dominicali.

Feria 2.¹¹ fiet 4. de feria cum **R̄**. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de sancto [Tiburtio],¹² invitatorium duplex.

3. **D.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali et memoria de sancto [Alphego]¹³ et processio.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus.

Feria 6. de feria cum **R̄**. de 3. feria et cum missa dominicali.

4. **D.** **¶** Dominica 2.¹⁴ post pascha de servitio dominicali. Ad 1. vespervas que erunt de festo [S. Marci]¹⁵ fiat solennis memoria de dominica et processio.

Feria 2. de feria cum **R̄**. de 3. feria cum missa dominicali.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

5. **D.** **¶** Dominica 2. post pascha de S. cruce. Ad 1. vespervas solennis memoria de martyribus [Alexandra Eventio et Theodulio]¹⁶ de dominica et processio sed nulla memoria de resurrectione.

Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 3. de S. Marco, et missa dominicalis dicitur in capitulo in 2. feria.

1. **C.** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. 4. et 6. de feria et **R̄**. dicuntur suo ordine cum missa dominicali in 2.

feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

2. **☉** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. et 6. de feria cum **R̄**. de 2. et 3. feria et cum missa dominicali in iv. feria.

3. **☉** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de feria cum **R̄**. de 3. feria et cum missa dominicali.

Feria 4. de S. Georgio.

Feria 6. de S. Marco.

4. **☉** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 3. 4. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo¹⁷
in dominica.

5. **☉** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. Ad i. vespas que erunt de
cruce fiat solennis memoria de dominica sed nulla memoria de resurrectione nec
processio.

Feria 2. 6. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in
capitulo.

Feria 5. de S. Georgio.

1. **☿** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. et 6. de feria cum **R̄**. de 2. et 3. feria cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. de annunciatione et solennis memoria de resurrectione.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus.

2. **☿** **¶** Dominica 2.¹⁸ post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. et 6. de feria cum **R̄**. de 2. et 3. feria et cum missa dominicali in 2. feria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de sancto [Alphego].¹⁹

3. **☿** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de feria cum **R̄**. de 3. feria et cum missa dominicali.

4. **☿** **¶** Dominica 2.²⁰ post pascha de sancto Vitale, memoria de dominica et processio.

3. **R̄**. ab uno solo cantetur.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. de feria cum **R̄**. de 3. feria cum missa dominicali.

5. **¶** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.
[139v.] Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in capitulo in 4. feria.
Feria 5. de S. Georgio, et solennis memoria de resurrectione.
1. **¶** **¶** Dominica 2. post octavas pasche de servitio dominicali.
Feria 2. 4. et 6. de feria cum **℞**. ferialibus suo ordine et cum missa dominicali in 2. feria.
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
2. **¶** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.
Feria 2. et 6. de feria, cum **℞**. de 2. et 4. feria et cum missa dominicali in 2. feria.
Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus.
3. **¶** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali. 2. vespere erunt de S. Georgio, et solennis memoria de dominica et resurrectione.
Feria 3. 5. et 6. de commemorationibus et missa dominicalis dicitur in processione in die sancti Marci.
4. **¶** **¶** Dominica 2. post pascha de servitio dominicali.
Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus.
Feria 6. de feria, cum **℞**. de 2. feria et cum missa dominicali.
5. **¶** **¶** Dominica 2. post pascha de S. Johanne apostolo.
Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus.
Feria 4. de S. Georgio.
Feria 6. de S. Marco et missa dominicalis dicitur in capitulo in 6. feria.

☩ *Dominica ij. post pascha.*

Ad vesperas omnia fiant sicut in dominica precedente usque ad antiphonam super psalmum Magnificat. que erit.

AS:256; 1519:239r; 1531:139v.²¹

Ant.

I.v.




Ig-nus es * Dó-mi-ne De-us noster accí-pe-re

201244.




gló-ri-am et honó-rem et vir-tú-tem : qui-a tu cre-ásti



ómni- a et propter vo-luntá-tem tu-am e-rant et cre-



á-ta sunt, sa-lus De-o nostro qui se-det su-per thronum



et Agno al-le-lú-ya. Ps. Magnificat. 46*.

Oratio.

Deus qui in Fílii tui humilitate
jacéntem mundum erexisti :
fidélibus tuis perpétuam concéde
letíciam, ut quos perpétue mortis

eripuísti cásibus, gáudiis fácias
sempitérnis pérfrui. Per eúndem
Dóminum.

Processio fiat ut supra. 1315.

In redeundo, de sancta Maria, ant. Ave regína celórum. 1706. cum versiculo et oratione ut supra in octavis pasche ad primas vespas. 1315.

He sequentes antiphone dicuntur usque ad ascensionem Domini, quando in introitu chori dicetur de sancta Maria scilicet.

Ant. Alma Redemptóris.²² 1706.

Ant. Ave regína. 1706.

Ant. Anima mea.²³ 1710.

Ant. Beáta Dei génitrix. 1705.

Ant. Descéndi in ortum.²⁴ 1711.

Ant. Speciósá. 1285.

Et dicuntur per ordinem, quibus dictis : reincipitur ant. Alma Redemptóris. si necesse fuerit.

Versiculus et oratio ut supra in octavis pasche. 1315.

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium. Allelúya. Surréxit Dóminus vere. 1318.

Ps. Veníte. 25. Et dicatur a duobus rectoribus chori in capis sericis albis.*

Hymnus. Auróra lucis rútilat. 1319.

Super psalmos dicatur hec sola antiphona.

AS:240; 1519:239v; 1531:128r.

4641. Ant. VI.i. 

vo-bis al-le-lú-ya. S.A.E.

Ps. Beátus vir. (j. [16].)

Ps. Quare fremuérunt. (ij. [16].)

Ps. Dómine quid multiplicáti. (iij. [17].)

Versus. Surréxit Dóminus vere. 1243.

Hec predicta antiphona cum suis psalmis et versu dicatur omnibus dominicis diebus

usque ad ascensionem Domini : quando de dominica agitur.

Lectio sancti evangelii secundum Johannem, x. capitu. (: 11-16.) [Lectio j.]



IN illo tempore ;
Dixit Jesus discipulis suis, Ego sum pastor bonus. Bonus pastor : animam suam ponit pro ovibus suis.

accidenti dono sed essentialiter bonus est : dicit, Ego sum pastor bonus. Atque ejusdem bonitatis formam quam nos imitemur adjungit dicens, Bonus pastor : animam suam ponit pro ovibus suis. Fecit quod monuit : ostendit quod jussit. Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit : ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat carnis sue alimento saciaret.

Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape. (xiv.)²⁵

Audistis fratres charissimi ex lectione evangelica eruditionem vestram : audistis et periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex

AS:251; 1519:239v; 1531:139v.

1. Resp.
VII.




6448.

Ignus es * Dó-mi- ne accí- pe-re li-



brum et a-pe-rí-re signá- cu-la e- jus : quó-




ni- am occí-sus es et re-demís- ti nos De- o.



†In sán-gui-ne tu- o al-le- lú- ya.


6448b. 

Ÿ. Fe-cís- ti e-nim nos De-o nos-tro regnum et



sa-cer- dó- tes. †In sán-gui-ne.


Lectio ij.

 Sténsa est nobis de contémp-
 mortis via quam sequámur :
 appósita est forma cui imprimámur.
 Primum nobis est exterióra nostra
 misericórditer óvibus ejus impéndere :
 postrémum vero si necesse sit étiam
 mortem nostram pro éisdem óvibus
 ministráre. A primo hoc mínimo :
 pervenitur ad postrémum majus. Sed
 cum incomparábiliter longe sit mélior
 ánima qua vívimus quam terréna
 substántia quam extérius possidémus :


qui non dat pro óvibus substántiam
 suam, quando pro his datúrus est
 ánimam suam ? Et sunt nonnúlli qui
 dum plus terrénam substántiam quam
 oves díligunt : mérito nomen pastóris
 perdunt. De quibus prótinus súb-
 ditur, Mercennárius autem et qui non
 est pastor, cujus non sunt oves
 próprie : videt lupum veniéntem et
 dimíttit oves et fugit. Tu autem
 Domine.


AS:251; 1519:240r; 1531:139v.²⁶

2. Resp.
 III.

6633. 

- go * si- cut vi- tis fruc- ti- fi- cá- vi su- a- vi-
 tá- tem odó- ris al- le- lú- ya. †Tránsi- te ad







me om- nes qui concuspí-ci-tis me et a ge-ne-
 ra-ti- ó-ni-bus me- is ad-implé-mi- ni, al- le-
 lú-ya al- le-lú- ya. ✠. E- go di-li-géntes
 me dí-li- go : et qui ma-ne vi-gi-lá-ve-rint ad me
 in- vé-ni- ent me. †Tránsi- te.

6633b.

Lectio tertia.

[140r.]

Non pastor sed mercennarius
 vocatur : qui non pro amore
 intimo oves Dominicas, sed ad
 temporales mercedes pascit. Mercen-
 narius quippe est qui locum quidem
 pastoris tenet : sed lucra animarum
 non querit. Terrénis commódis
 inhiat : honore prelationis gaudet.
 Temporalibus lucris pascitur : im-
 pensa sibi ab hominibus reverentia
 letatur. Iste sunt etenim mercedes
 mercennarii, ut pro eo quod in

regimine laborat, hic quod querit
 inveniat : et ab hereditate gregis in
 posterum alienus existat. Utrum vero
 pastor sit an mercennarius : cognosci
 veraciter non potest : si occasio
 necessitatis deest. Tranquillitatis
 enim plerumque tempore ad gregis
 custodiam sicut verus pastor : sic
 etiam mercennarius stat. Sed lupus
 veniens indicat : quo quisque animo
 super gregis custodiam stabat. Tu
 autem.

℞. 3. Dum transisset. *ut supra in die [sancto]²⁷ pasche iij. 1237. et dicatur a duobus de superiori gradu in superpelliciis ad gradum chori : quando de dominica agitur tantum.*

Ante laudes.

℞. In resurrectione tua Christe. 1237.

[**C** *In laudibus.*]

In laudibus dicitur hec sola antiphona Angelus autem. 1238.

Ps. Dóminus regnavit. (xcij. [49].)

Et dicatur hac die et duabus sequentibus dominicis : quando de dominica agitur.

Quando vero fit ultimo servitium de dominica ante ascensionem Domini : tunc omnes antiphone super laudes dicuntur, ut in octavis pasche.

Capitulum. I. Pet. ij. (: 21.)

Christus passus est pro nobis,
vobis relínquens exéplum ut
sequámini vestígia ejus, qui peccátum


non fecit nec invéntus est dolus in ore
ejus.

Hymnus. Sermóne blando. 1323.

℞. Surréxit Dóminus de sepúlchro. 1243.

AS:257; 1519:240r; 1531:140r.

2597. Ant. III.iv.



- go sum * pas-tor bo-nus qui pasco o-ves me- as :
et pro ó-vi-bus me- is pono á-nimam me-am al-le-
lú-ya. *Ps. Benedíctus. 49**.

Oratio. Deus qui in Fílii tui. 1375.

Memoria de resurrectione, ut supra. 1325.

¶ *Ad j.*

Ant. Angelus autem. 1238.

Ps. Deus in nómine. (*liij.* [97].)

Ps. Beati immaculáti. (*cxviiij.* 1. [98].)

Ps. Retribue. (*cxviiij.* 17. [99].)

Ant. Te jure. [101].

Ps. Quicúnque vult. [102].

¶ *Ad iij. et ad omnes alias horas.*

Antiphone, responsoria et versus sicut in octavis pasche dicuntur. Et sic fiat omnibus dominicis usque ad ascensionem Domini : quando de dominica agitur.

¶ *Ad iij. capitulum.* Christus passus est. 1380.

¶ *Ad vj. capitulum.* 1. *Pet. ij.* (: 23.)

T Radébat autem judicáti se injúste, qui ²⁸ peccáta nostra ipse	pértulit in córpore suo super lignum, cujus livóre sanáti sumus.
--	---

¶ *Ad ix. capitulum.* 1. *Pet. ij.* (: 25.)

E Rátis [enim] ²⁹ sicut oves errántes, sed convérsi estis nunc	ad pastórem et episcopum animárum vestrárum.
---	---

¶ *Ad secundas vespervas.*

Ant. Allelúya. *iiij.* 1329.

Ps. Dixit Dóminus. (*cix.* [306].) *et ceteri psalmi dominicales.*


Capitulum. Christus passus est. 1380.

Hymnus. Ad cenam Agni próvidi. 1330.


℟. Mane nobíscum Dómine. 1314.

AS:257; 1519:240v; 1531:140r.


2598. Ant. VIII.i.




- go sum * pastor ó- vi- um, e-go sum vi- a et



vé-ri- tas, e-go sum pastor bonus : et cognóscó me- as



et cognóscunt me me- e al-le-lú-ya al-le-lú-ya.




Ps. Magnificat. 61*.

Oratio ut supra.


¶ *He sequentes antiphone dicuntur per ebdomadam super psalmos Magnificat. et Benedictus. cum repetitione earundem si necesse fuerit quando de feria agitur.*

AS:257; 1519:240v; 1531:140r.

4223. Ant. VIII.i.



Astor bonus * á- nimam su- am po- nit pro



ó- vi- bus su- is al-le-lú-ya. S.A.E.

AS:257; 1519:240v; 1531:140r.³⁰

Ant.
V.ii.




4943.

I-cut * no-vit me Pa-ter et e-go agnósko Pa-trem :



et á-nimam me-am po-no pro ó-vi-bus me-is al-le-lú-ya.



S.A.E.


AS:257; 1519:241r; 1531:140r.

Ant.
III.iv.



3747.


Ercenná-ri- us est * cu-jus non sunt o-ves própri- e :



vi-det lu-pum ve-ni-éntem et dimít-tit o- ves et fu-git :



et lu-pus ra- pit et dispérgit o-ves al-le-lú-ya.



S.A.E.

1320. Ant. VIII.i.



- li- as o-ves * há-be-o que non sunt ex hoc o-
ví-li : et il-las opórtet me addú-ce-re et vo-cem me-am
áudi- ent : et fi-et u-num o-ví-le et u-nus pas-tor
al-le-lú-ya. S.A.E.

Quotidie per hanc ebdomadam et per ebdomadam sequentem dicuntur versus et responsoria sicut in feriis precedentis ebdomade.

¶ *Feria ij. ebdomade secunde*
post octavas pasche.

Ad matutinas.

Ps. Exaltábo te. [j.]³¹ (xxix. [161].)

Ps. In te Dómine sperávi. [j.]³² (xxx. [162].)

Ps. Beáti quorum. (xxxi. [164].)

[¶ *Feria ij. ebdomade tertie, ps.* Exultáte justi. *ps.* Benedícam Dóminum. *ps.* Júdica Dómine. [165].

¶ *Feria ij. ebdomade quarte, ps.* Dixit injústus. *ps.* Noli emulári. *ps.* Dómine ne in furóre. *ij.* [168].

¶ *Feria ij. in rogationibus, ps.* Dóminus illuminátio. *ps.* Ad te Dómine clamábo. *ps.* Afférte Dómino. [159].

¶ *Feria iij. ebdomade secunde post octavas pasche, ps.* Quemádmódum. *ps.* Júdica me Deus. *ps.* Deus áuribus. [202].

¶ *Feria tertia ebdomade tertie, ps.* Eructávit. *ps.* Deus noster refúgium. *ps.* Omnes gentes pláudite. [204].

¶ *Feria tertia ebdomade quarte, ps.* Magnus Dóminus. *ps.* Audite hec omnes celi. *ps.* Deus deórum. [207].

¶ *Feria iij. ebdomade secunde post octavas pasche, ps.* Miserére mei Deus miserére mei quóniam. *ps.* Si vere útique. *ps.* Eripe me de inimícis. [222].

¶ *Feria iij. ebdomade tertie, ps.* Deus repulisti. *ps.* Exáudi Deus deprecationem. *ps.* Nonne Deo. [224].

¶ *Feria iij. ebdomade quarte, ps.* Exáudi Deus oratiónam meam cum déprecor. *ps.* Te decet. *ps.* Jubiláte Deo omnis terra psalmum dícite. [227].

¶ *Feria iij. in vigilia ascensionis. ps.* Dixit insípiens. *ij. ps.* Exáudi Deus oratióne meam et ne despéxeris. *ps.* Miserére mei Deus quóniam conculcávit. [219].

¶ *Feria v. ebdomade secunde post octavas pasche, ps.* Deus júdicium. *ps.* Quam bonus. *ps.* Ut quid Deus. [242].

¶ *Feria quinta ebdomade tertie,*³³ *ps.* Confitébimur. *ps.* Notus in Judéa. *ps.* Voce mea. *j.* [246].

¶ *Feria quinta ebdomade quarte, ps. Atténdite pópule. ps. Deus venérunt. ps. Qui regis Israel. [248].*

¶ *Feria sexta ebdomade secunde post octavas pasch, ps. Quam dilécta. ps. Benedixisti. ps. Inclína Dómine. [264].*

¶ *Feria vj. ebdomade tertie. ps. Fundaménta. ps. Dómine Deus salutis. ps. Dómine refúgium. [267].*

¶ *Feria sexta ebdomade quarte, ps. Bonum est confitéri. ps. Deus ultiónum. ps. Cantáte. j. ³⁴ [272].*

Lectio prima. (Apoc. ij. : 24.)

Vobis autem dico céteris qui
Thiatíre estis : quicúnque
non habent doctrínam hanc,
qui non cognovérunt altitúdinem
Sáthane quemádmódum dicunt : non
mittam super vos áliud pondus,
tamen id quod habétis tenéte donec
véniam. Et qui vícerit et qui cus-

todierit usque in finem ópera mea :
dabo illi potestátem super gentes et
reget illas in virga férrea, et tanquam
vas figuli confringéntur, sicut et ego
accépi a Patre meo : et dabo illi
stellam matutínam. Qui habet aures
áudiat : quid Spíritus dicat ecclésiis.

Lectio ij. Apoca. iij. (: 1.)

Et ángelo ecclésie Sardis scribe :
Hec dicit qui habet septem
Spíritus Dei et septem stellas. Scio
ópera tua : quia nomen habes quod
vivas et mórtuus es. Esto vígilans : et
confirma cétera que moritúra erant.
Non enim invéni ópera tua plena :
[140v.] coram Deo meo. In mente ergo habe
quáliter accéperis et audieris : et serva,
et peniténtiam age. Si ergo non
vigiláveris : véniam ad te tanquam fur,

et nésces qua hora véniam ad te. Sed
habes pauca nómina in Sardis, qua
non inquinavérunt vestiménta sua : et
ambulábunt mecum in albis, quia
digni sunt. Qui vícerit sic vestiétur
vestiméntis albis, et non delébo
nomen ejus de libro vite : et
confitébor nomen ejus coram Patre
meo et coram ángelis ejus. Qui habet
aures áudiat, quid Spíritus dicat
ecclésiis.

Lectio iij. (Apoc. iij. : 7.)

ET ángelo Philadélphie ecclésie scribe, Hec dicit sanctus et verus qui habet clavem David, qui apérit et nemo claudit : claudit et nemo apérit. Scio ópera tua. Ecce dedi coram te óstium apértum quod nemo potest cláudere, quia módicam habes virtútem et servásti verbum meum : et non negásti nomen meum. Ecce dabo tibi de synagóga Sáthane qui dicunt se Judéos esse et non sunt : sed mentiúntur. Ecce fáciem illos ut véniant et adórent ante pedes tuos, et scient quia ego diléxi te : quóniam servásti verbum patientie mee. Et ego

te servábo ab hora tentatiónis que ventúra est in orbem univérsum : tentáre habitántes in terra. Ecce vénio cito. Tene quod habes, ut nemo accípiat corónam tuam. Qui vícerit fáciem eum colúmnam in templo Dei mei : et foras non egrediétur ámplius. Et scribam super eum nomen Dei mei : et nomen civitátis Dei mei nove Hierúsalem, que descendit de celo a Deo meo, et nomen meum novum. Qui habet aures áudiat : quid Spíritus dicat ecclésiis.

¶ *Feria tertia.*

Lectio prima. Apoca. iij. (: 14.)

ET ángelo Laodicie ecclésie scribe, Hec dicit Amen testis fidélis et verus : qui est princípium creatúre Dei. Scio ópera tua : quia neque frígidus es neque cálidus. Utinam frígidus esses aut cálidus, sed quia tépidus es et nec frígidus nec cálidus, incípíam te evómere ex ore meo, quia dicis quod dives sum et locupletátus et núllius égeo : et nescis quia tu es miser et miserábilis et pauper et cecus et nudus. Suádeo tibi émere a me aurum ígnitum, probátum, ut locuples

fias et vestiméntis albis induáris et non appáreat confúsio nuditátia tue : et collýrio inúnge óculos tuos ut vídeas. Ego quos amo árguo et cástigo. Emuláre ergo et peniténtiam age. Ecce sto ad óstium et pulso, si quis audierit vocem meam et aperúerit jánuam : intróibo ad illum et cenábo cum illo et ipse mecum. Qui vícerit dabo ei sedére mecum in throno meo : sicut et ego vici et sedi cum Patre meo in throno ejus. Qui habet aures áudiat : quid Spíritus dicat ecclésiis.

Lectio ij. Apoc. iv. (: 1.)

Post hec vidi, et ecce ostium apertum in celo. Et vox prima quam audivi : tanquam tube loquentis mecum, dicens, Accede huc : et ostendam tibi que oportet fieri cito post hec. Statim fui in Spiritu : et ecce sedes posita erat in celo, et supra sedem sedens. Et qui sedebat : similis erat aspectui lapidis jaspidis et sardinis.³⁵ Et iris erat in circuitu sedis : similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, et

super thronos vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis : et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedunt fulgura et voces et tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum : que sunt septem Spiritus Dei. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile cristallo : et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro.

Lectio iij. (Apoc. iv. : 7.)

Et animal primum : simile leoni. Et secundum animal : simile vitulo, et tertium animal : habens faciem quasi hominis. Et quartum animal : simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas : et in circuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens : qui erat et qui est et qui venturus est. Et cum darent

illa quatuor animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum : procidabant vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno : et adorabant viventem in secula seculorum, et mittebant coronas suas ante thronum dicentes, Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam et honorem et virtutem : quia tu creasti omnia, et propter voluntatem tuam erant et creata sunt. Tu autem.

[141r.]

¶ Feria iiij.

Lectio j. Apoca. v. (: 1.)



Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris : signatum

sigillis septem. Et vidi angelum fortem : clamantem voce magna, Quis est dignus aperire librum et solvere

signácula ejus ? Et nemo póterat neque in celo neque in terra neque subtus terram aperíre librum : neque respícere illum. Et ego flebam multum, quia nemo dignus invéntus est

aperíre librum nec vidére eum. Et unus de senióribus dixit michi, Ne fléveris. Ecce vicit leo de tribu Juda radix David, aperíre librum et sólvare septem signácula ejus. Tu autem.

Lectio ij. (Apoc. v. : 6.)

ET vidi, et ecce in médio throni et quátuor animálium et in médio seniórum Agnum stantem tanquam occísus habéntem córnua septem et óculos septem qui sunt septem Spíritus Dei missi in omnem terram. Et venit et accépit de délixtera sedéntis in throno librum. Et cum aperúisset librum : quátuor animália et vigintiquátuor senióres cecidérunt coram Agno, habéntes sínguli cítharas

et phíalas áureas plenas odora-mentórum que sunt oratiónes sanc-tórum. Et cantábant cánticum novum dicéntes, Dignus es Dómine Deus accípere librum, et sólvare signácula ejus, quóniam occísus es et redemísti nos Deo in ságuine tuo, ex omni tribu et lingua et pópulo et natióne : et fecísti nos Deo nostro regnum et sacerdotés, et regnábimus super terram.

Lectio iij. (Apoc. v. : 11.)

ET vidi et audívi vocem angelórum multórum in circúitu throni et animálium et seniórum : et erat númerus eórum mília mílium, voce magna dicéntium, Dignus est Agnus qui occísus est accípere virtútem et divinitátem et sapiéntiam : et fortitúdinem et honórem et glóriam et benedictiónem. Et omnem creatúram que in celo est et que

super terram et subtus terram et in mari et que in eo sunt : omnes audívi dicéntes, Sedénti in throno et Agno, Benedictio et honor et glória et potéstas in sécula seculórum. Et quátuor animália dicébant amen. Et vigintiquátuor senióres cecidérunt in fácies suas : et adoravérunt vivéntem in sécula seculórum. Tu autem.

Si vero aliquod festum vel commemoratio in aliqua [feria]³⁶ predictarum feriarum contigerit unde fieri debeat servitium, deinceps non ordo servetur feriarum sed psalterii.

Notes, pages 1370-1389.

- ¹ 'Do. II. POST OCTA. PAS.' (*quasi diceret* Dominica que precedit Hebdomadam II. post Octavas Pasche) *Chevallonius*. *Versum folium tamen ab eodem verius intitulumur*, 'DNICA II, POST PASCHA.' [SB:dccclxxxiii.]
- ² SB:dccclxxxiii.
- ³ SB:dccclxxxv.
- ⁴ SB:dccclxxxv.
- ⁵ SB:dccclxxxv.
- ⁶ SB:dccclxxxvii.
- ⁷ SB:dccclxxxvii.
- ⁸ SB:dccclxxxvii.
- ⁹ 'Do. 5. post pa.' *Chevallon*. [SB:dccclxxxvii.]
- ¹⁰ 'Do. 5. post pa.' *Chevallon*. [SB:dccclxxxvii.]
- ¹¹ 'Feria 5.' *Chevallon*. [SB:dccclxxxvii.]
- ¹² SB:dccclxxxvii.
- ¹³ SB:dccclxxxvii.
- ¹⁴ 'Do. 5. post pa.' *Chevallon*. [SB:dccclxxxvii.]
- ¹⁵ SB:dccclxxxvii.
- ¹⁶ SB:dccclxxxvii.
- ¹⁷ 'capitulum' *per abbreviationem usitatam* 'capm.' *Chevallonius*, *in exemplari saltem apud Coll. Exon. Oxon. Typographus nimirum in prelo mendam inter imprimendum vidit, et correxit in reliquis schedis, qualem continet exemplar in Bibl. Acad. Cantab, conservatum*. [SB:dccclxxxix.]
- ¹⁸ 'Do. 5. post pascha.' *Chevallon*. [SB:dccclxxxix.]
- ¹⁹ SB:dccclxxxix.
- ²⁰ 'Do. 5. post pascha.' *Chevallon*. [SB:dccclxxxix.]
- ²¹ In 1519:239v. 'salus' is set F.DC; 'super' is set FA.G.
- ²² *Requiras Antiphonas Alma, Ave, et Beata in Sanctoralibus post ii. Vesperas de Nativitate B. Maria; (viii. Septembris)*. [SB:dcccxcii.]
- ²³ SB:dcccxcii. includes the full text: [liquefacta est, ut dilectus locutus est : quesivi et non inveni illum, vocavi et non respondit michi ; invenerunt me custodes civitatis, percusserunt me et vulneraverunt me : tulerunt pallium meum custodes murorum. Filie Hierusalem, nunciate dilecto quia amore langueo. Alleluya]
- ²⁴ SB:dcccxcii. includes the full text: [meum ut vidirem poma convallium et inspicerem si flourissent vinee et germinassent mala punica : revertere, revertere Sunamitis : revertere, revertere ut intueamur te. Alleluya]
- ²⁵ *Gregorii*, in *Evangelia*, lib. i. Homil. xiv., *Opera* I. 1484. [SB:dcccxciii.]
- ²⁶ In 1519:240r. 'odoris' is set A.A.AGABA.
- ²⁷ 1591:240r.
- ²⁸ 'quia', 1519:240v.

Dominica ij. post pascha.

²⁹ 1519:240v.

³⁰ In 1519:240v. flats appear only at 'óvibus meis allelúya'.

³¹ 1519:241r.

³² 1519:241r.

³³ 'quarte', 1519:241v.

³⁴ 1519:241r.

³⁵ 'sardini.' *Chevallon*. [SB:dcccxcix.]

³⁶ 1519:241v.